

Band XI., Nr. 5094, Seite 111-112

König Adolf von Nassau beurkundet, dass Konrad von Weinsberg dem Reich seinen Besitz in Täferrot und Dewangen überlassen hat und übergibt ihm dafür den Besitz des Reichs in den Dörfern Reihen und Biberach.

Oppenheim, 1298. Januar 17.

Nos Adolphus dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum notitiam tenore presentium volumus pervenire, quod nos iusta et rationabili de causa ad hoc nostram maiestatem inducente rogavimus et induximus nobilem virum Conradum de Winsperg fidelem nostrum dilectum, quod ipse nostris precibus inclinatus omnia bona sua iura possessiones redditus et proventus ac ius patronatus cum omnibus suis pertinentiis et iuribus que habuit et hactenus titulo proprietatis possidebat in villa et in ecclesia dicta Afrenrot nec non etiam ad hoc decimam laycalem quam habuit in villa dicta Denewagen nobis et imperio dedit tradidit donavit et libere resignavit et legittime cessit eisdem ideoque nos eiusdem Conradi de Winsperg puram fidelitatem benignius intuentes sibi suisque heredibus et successoribus universis in recompensam supradictorum bonorum et iurium nobis et imperio per eum ut predicatur traditorum omnia bona iura possessiones redditus et proventus cum universis et singulis suis iuribus et pertinentiis cultis et incultis quesitis et inquirendis in villis dictis Rihen et in Byberach et in eorum marchia vel extra sitis, que hactenus ad nos et imperium spectabant auctoritate regia dedimus tradidimus donavimus et presentibus legittime donamus tradimus et assignamus habenda tenenda utenda et titulo proprietatis perpetuo possidenda et in ipsum Conradum suosque heredes et successores libere transferimus pleno iure ac eisdem nostro et imperii nomine renuntiamus et totaliter ab eis recessimus et recedimus pure simpliciter et in totum omni iure modo et forma quibus melius valere potest, nil iuris nobis et imperio in eisdem penitus reservando dolo et fraude in omnibus circumscriptis, decernentes exnunc prout extunc irritum et inane et pro non facto, si quid imposterum per nos vel alium seu alios contra premissa aut quo[d]libet premissorum factum vel attemptatum fuerit scienter vel ignoranter publice vel occulte in iudicio vel extra iudicium quoquomodo. In quorum omnium testimonium et debitam firmitatem presentes litteras nostre maiestatis sigillo fecimus communiri.

Datum in Oppenheim, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, indictione XII., XVI. kalendas Februarii, regni vero nostri anno sexto.

II

Der Textabdruck folgt einem Vidimus bzw. einer Bestätigung K. Karls IV. von 1348 *prima nonas Januarii*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HZA Neuenstein

Signatur/Titel des Originals:

GA 15 Schubl. A Nr. 3

Überlieferung und Textkritik:

Vidimus und Bestätigung K. Karls IV. von 1348 prima nonas Januarii,
Pergament.

Editionen:

Böhmer: Acta imperii selecta, S. 524.

Regesten:

Regesta Imperii Abt. 6, Bd. 2, S. 333, Nr. 944.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Oppenheim

Aussteller:

Adolf; von Nassau, König

Ortsindex:

Biberach Wohnplatz (1770)

Biberach, Heilbronn, HN

Dewangen Wohnplatz (5080)

Dewangen, Aalen, AA

Oppenheim, MZ

Reihen Wohnplatz (6550)

Reihen, Sinsheim, HD

IV

Täferrot Wohnplatz (4958)

Täferrot, AA

Weinsberg Wohnplatz (2238)

Weinsberg, HN